

PRAEFATIO.

Josephus Alexander Jablonovius, Imperii Germanici Princeps, colendis et ornandis litteris natus, cum, ante hos triginta quatuor annos, Lipsiae societatem doctorum virorum institueret, qui auctores trium commentationum, quibus quaestiones ex historicis, mathematicis physcisve, et ex oeconomicis artibus repetitae, optime solve-rentur, totidem numismatibus aureis, quotannis ornarent, scripta praemio adfecta, quam primum iustum volumen expletura essent, in publicum edi voluit. Ex huius praescripti sententia, duodecim primis ab institutione annis, *Actorum Societatis Jablonovianae* sex Tomi typis excusi sunt; posthaec autem, et si quotannis quaestiones proponerentur, et non pauca scripta praeclisis ornarentur, haec tamen sepo-sita in publicum non prodierunt; cuius morae potiores causae tam in eius viri, cui Princeps ipse perpetuum munus edendorum *Actorum* commiserat, variis curis, adversaque valetudine et repentina morte, quam in venerandi senis,

* 2)

Georgii